Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

V. Vt episcopi natale Domini, & pascha extra ecclesiam suam non celebrent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Visual Library

tate corporis, extra captiuitatis incurſum, voluntate ſua ſubtraxerint, & de conuerſatione religioſa cuiuſcumque vocationis ſpiritu ſæculi delectationes elegerint, quouſque in monaſterium vnde egreſſæ ſunt reuertantur, a communionis gratia ſegregentur; viaticum tamen illis miſerationis intuitu præbeatur. Anno Christi 583.

IV.

De inceſtis vero coniunctionibus hoc placuit cuſtodiri, quod priſca Canonum ſtatuta ſanxerunt.

V.

Vt nullus epiſcoporum natalem Domini, aut Paſcha, alibi niſi ad eccleſiam ſuam, præter infirmitatis incurſum, aut ordinem regium, celebrare præſumat.

VI.

Placuit etiam vniuerſo Concilio, vt vniuſcuiuſque ciuitatis leproſi, qui intra territorium ciuitatis ipſius aut naſcuntur, aut videntur conſiſtere, ab epiſcopo eccleſiæ ipſius ſufficientia alimenta, & neceſſaria veſtimenta accipiant, vt illis per alias ciuitates vagandi licentia denegetur.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Priſcus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Euantius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Viennenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Syagrius epiſcopus Æduorum conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Heſychius epiſcopus eccleſiæ Gratianopolitanæ ſubſcripſi.

Ragnoaldus epiſcopus eccleſiæ Valentinæ ſubſcripſi.

Euſebius epiſcopus eccleſiæ Matiſcenſis ſubſcripſi.

Agricola epiſcopus eccleſiæ Neuernenſis ſubſcripſi.

Flauius epiſcopus eccleſiæ Cabilonenſis ſubſcripſi.

Et miſsi epiſcoporum, qui hos Canones ſubſcripſerunt, duodecim.